A. Z!

Heptaglotta

KUHLMANNIANA

OPERUM SUORUM

JUVENILIUM.

SERIES ARGUMENTUMQUE

Septem Heptaglottorum,

Hiſpanicè, Italicè, Gallicè, Latinè, Germanicè, Belgicè, Anglicè loquentium.

I. QUINARIUS *Lapidum* Concentratum Kuhlmannianorum Scriptorum eſt, Temporiſque Refrigeratorii Fundamentum, Matrix, Centrum, Saturnus.

II. *Conſtantinopolitana ad Imperatorem Turcarum* cum appenſo *Myſterio* 21 *Septimanarum* jam clariùs evolvit ſe, ad inſtar ſecundæ qualitatis, ſpeciei, altiuſque aſcendit.

III. *Cyrus de Magnalibus Naturæ ad Adeptos Mágoſque* in tertio Spiritu ſequitur, ipſumque jam primum Principium reſervatorum ultimo ævo aſſequitur.

IV. *Salomon de Monarchiâ Jeſuelitică ad Politicos Aulicoſque* verum Lapidem Danieliticum, Cæſareatum frangentem, indicat, exprimit, repræſentat, inſtar Solis jure radians.

V. *Vratislavienſis de Scripturâ Roſrigerii ad Religioſos Eccleſiaſticoſque* quintam eſſentiam omnis mutationis motioniſque refert.

VI. *Romana ad Pontificem cum adnexâ ſerie Pſalterii* ſonat tonatque in principio ſecundo eſſentialiter, ab Oriente & Aquilone Oriens Aquilo.

VII. *Invitatio ad Concilium Univerſale Ulmenſe* ipſum Corpus tertiumque eſt Principium, meritiſſimoque ſuo claudit, quod incipit. Summatim: Septenarius præſens ipſum ſeptemunum Jeſuelicæ Lilii-roſæ Principium, medium, finem concentrat, & immediato mediatoque nutu Dei ſcriptus, impreſſuſque publicatur.

♄. ♃. ♂. ☉. ♀. ☿. ☽.

84. f. 23.

A. Z!

QUIRINI KUHLMANNI,

Christiani Jesuelitæ

QUINARIUS

Suorum Lapidum

adversus Goliathum omnium Tribuum, Populorum, Linguarum;

Invictissimæ Agapologiæ LOCO *pro suis Scriptis fronti Scriptorum suorum ordinandus:*

ad æternam memoriam in eodem die, quo suus abitus è Roseo-liligero Bromly By Boo *Londini* ad *Constantinopolim*, *Romam* Orientis, biennalis erat, inventus in Liliorum-Urbe

Lutetia Parisiorum

die 3. *Mart.*

Amstelodamique publicatus

Mense *Majo*, Anni 1680.

Ex Germanico translatus.

LONDINI OXONIIQUE

pro Authore excudebatur,

Anno 1683.

Joh. 8. v. 42. Matth. 16. v. 3. 12. v. 34. Luc. 12. v. 49. 50. Marc. 9. v. 50. 12. v. 11.

NON à meipso veni, sed ille misit me, quare loquelam istam meam non agnoscitis? Quoniam non potestis audire sermonem meum. Hypocritæ, istam quidem faciem cæli nostis dijudicare: at signa temporum non potestis? Progenies Viperarum, quomodo potestis bona loqui male existentes: ex abundantiâ enim cordis os loquitur. Ignem veni jacere in terram, & quid volo, si jam accendatur? Baptisma autem habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque quo perficiatur? Habete in Vobis Sal & pacem habete in invicem. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.



Lapis primus immediatæ Vocationis & Illuminationis.

1. ADesto, adesto, superbissime Goliath omnium Tribuum, Populorum, Linguarum ! JehovahElohim Tsebaoth, Triunus Deus *Abraham-Isaac-Jacobi*, Ipse vocavit me nominatim in Tempore, antequam eum cognovi, & jussit me nasci in ipsissimâ die ac horâ, quas ante multa tempora in Sanctis Scripturæ Prophetis ad istud ordinasset, quia me ab Æternitate ad suum Servum, ut omnem suam Voluntatem perficerem, separaverat.

2. Cum infans & puer essem, lusit ejus Spiritus Sanctus in somniis mecum ; fulgur ejus in Oriente vitæ perserenavit me sæpissime, celerrimo raptu in lucidissimam lucem me rapiens, cum dormirem, etiam aliquando semivigilarem : nondum verò cognovi eum.

3. Cum octodecennis essem, revelavit se mihi visibiliter bis, postquam antea duo visibiles Angeli visibilem infernum mecum bis superaverant, Rex meus Glorioſissimus, Ipse Jesus Christus cum tot Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus, Sanctis ; & infudit cordi meo thesauros ejus abstrusissimos, & repositas opes abditissi-

mas à principio Mundi, propter Servum suum *Jacob* & *Israel* Electum suum : nondum tamen scivi Vocationem meam.

4. Virgo multis myriadibus Angelorum, inter tot millia-millia-millium, advolavit mihi corollam Victoriæ in Benevenire ostendens, eratque totus Lucis-mundus liligeratus, roseatus, lucisfloribus adimpletus, modo lucidissimo, ad corpus meum Liliis & Rosis involvendum : nondum verò externa Rationis Sophiam apprehenderunt.

5. Angeli-tutelares duo victoriosi comitati sunt me toto quinquennio in primâ Apparitionis formâ Umbrosi sui Circuli, ad sinistram manum visibiliter, ac fuit mihi aperta Janua, ad principium, medium, finem omnium septem artium, & trium Facultatum, ut infinita Mysteria ludendo quasi eo majori numero mihi fuerint aperta, quo majori numero fuerint aperta : remansit tamen mihi Scaturigo cum suo Centro occulta.

6. Vehementi fortitudine, vigesimo tertio ætatis anno sui excitatus, impulsus, coactus, usque subitò Paradisiacus Lucis-mundus cum milliesmilliesmillenis Virtutibus, coloribus, nitoribus, aspectibus, combinationibus, miraculis, Vultibus, me visibiliter in internis circumdedisset è sanctissimo Triangulo lucidissimelucidissimeluciditissimæ Lucis-lucis-lucis indescribiliter circumlucens, & stabam externo meo corpore, sicuti omnes homines, in mundo quidem ; corpore vero Spirituali in altero Elemento, Hominibus Mundi incomprehenso, quo per hoc quinquennium steterim, sicuti adhuc sto, infinitâ miserati-

7. Ex hoc interno mundo in externâ Scriptione confortor, in orationibus confirmor, in afflictionibus recreor, in periculosîtatibus custodior, in dubiis casibus instruor, in Igne crucis frigeror, in tentationum defatigationibus refrigeror, ut nihilominus in ipsissimi corporis mortalis operationibus, maculationibus, peccationibus, internam inhabitationem interni hominis in vero æterno Corpore Jesu Christi visibiliter invisibiliterque possideam, ad terrorem Diaboli ejusque Membrorum.

8. Annum vicesimum octavum tam attingente me, quam absolvente, eò mirabilius, majùs, fortius sunt omnes immediati radii immediatæ Vocationis-illuminationis in Paradisi-mundo concentrati, usque in omnibus Principiis recenter essem genitus; quo vehementiùs, crudeliùs, rabidiosiùs Infernalis Draco Lucifer me inundare, immergere, perdere quæsivit, ut me nunc primùm exultantem, magnanimum, audacem ad Opus Omnipotentis, Ipse Omnipotens quotidie faciat.

9. Hic Omnipotens, qui mihi apparuit talibus Verbis: *Ego sum Dominus Tsebaoth*, pro eo præliabor: hic ipse est, quem probro affecisti; Tu *Magne-Gigas Babylonis*, Tu Gloria *hodiernorum Philistæorum omnium Tribuum, Populorum, Linguarum*, & inter ipsorum Magnos Heroes Maxime, Potentissime, fortissime, Murus totius Orbis terrarum.

10. Tu venis ad me cum gladio, hastâ, humerali; Ego autem venio ad Te in nomine Jehovæ Tsebaoth, Dei acierum Christianorumque Israelitarum

litarum, quem probro affeciſti. Quapropter immergat ſe hic Lapis immediatæ Vocationis & illuminationis, quem immediatè ex perâ inſtrumenti Davidici, & Perâ Romæ Orientis ſumſi, in inpudicam frontem tuam blaſphemoſam, ut æternè cadas & pereas. *Hallelujah.*

Lapis Secundus mediatorum Academicorum Teſtimoniorum.

AUdi, Academice Goliath omnium Tribuum, Populorum, Linguarum, ut Tibi aures tinniant, & percipe tua teſtimonia, quæ Te totum animo linqui reddunt! Jehovah-Jheſus-Tſebaoth, Pater veræ Sapientiæ-prudentiæ-ſcientiæ conceſſit mihi talem Ingenii capacitatem ab anno duodecimo (quanquam uſque ad tempus iſtud cum *Moſe* & Imperatore Maximiliano vix adhuc balbutirem nedum perfectè loquerer) ut celerrimè ſuper omnes æquales meos ſine æquali procreverim in Latinis Græciſque Scriptoribus, & celerius eorum æmulationem re ipsâ demonſtraverim, quam alteri legere vix incepiſſent.

2. Inſerviit publica *Bibliotheca* Urbis, quatuordecim millibus Voluminibus conſtans, mirabili Dei providentiâ, mihi ad privatum uſum, quâ inſatiabili Uſu recte uſus fui, per omnigena genera Scripturarum, velocior ſagittis ſpatians, & legi multum multiplexque in multis inhumeris, ut

vix

vix in primâ Adoleſcentiâ, quoad ætatem, conſtitutus eſſem: verum in multijugâ variâque tot millium lectione, annoſos Varrones, Plinios, Delrios, Barthios, Salmaſios facillime repræſentarem.

3. Fuit mihi dedecori, ullum Scriptorem in omnibus Facultatibus Artibuſque legiſſe, nec me in proprio Spiritu propria Inventione ipſum æmulantia poſtſcribere debere, ac conatus fui eâde causâ ad amuſſim Magiſtrorum maximorum, in Latinis, Græcis, Teutonicis, maxima ſaltim penicillo adumbrare, uſque primò virtutes ipſorum attigerim, mox eorum errores emendaverim, mox in ſummis Inventionibus tranſcenderim.

4. Cum igitur divinum Lumen æternæ Sapientiæ me illuminaſſet, inſpexi mox omnium Artium Facultatumque ſecretiſſimum Cor, & apprehendi in Scriptoribus cunctis millecuplè majora, quam ipſi omnes apprehendiſſent; operâ diurnâ nocturnâque verſans ſtudenſque omnia lecta in Centrum reducere, è multitudine in Unitatem iterumque ex Unitate in multitudinem; omnia deperdita reſtituere, quoniam mihi talia in Principio, Medio, Fine Combinationis, luſus eſſent facillimi; omnia occulta retegere in multis millies-millies-millenis Myſteriis, quia Naturâ mihi Viarum compendia inaudita penitùs indies porrexit.

5. Quapropter data mihi fuère tanta Encomia primo à Præceptoribus, Profeſſoribus aliiſque amiciſſimis familiariſſimiſque, deinde à ſummis Viris, Miraculis & Monſtris tàm intra quam extra

tra Germaniam, nedum â minoribus, antequam immediata mea Vocatio & illis & mihi ipsi adhuc cognita fuit, quam publicam annus meus vicesimus tertius primo attigit; & Ipse Jehovah providit, ut ipsi ore proprio mihi Centrum totius Græcæ Latinæque Antiquitatis appropriaverint propriæ suæ ruinæ Prophetæ, sicuti verè in re-ipsâ mihi datum, ad Academicam Babylonem, Apocalypticum ΛΑΤΕΙΝΟΣ 666, & Romam Octavam frangendum vel sepeliendum, cujus rei Testimonia Epitaphia mea quindecennalis ætatis fuere.

6. In me fuit speratus, expectatus, celebratus & alter *Opitius* sive novus *Homerus* & *Virgilius*, *Pindarus* & *Horatius*, *Claudianus*, *Statius*, Principes Poetarum; alter *Gryphius* sive novus *Sophocles*, *Euripides*, *Seneca*, *Plautus*, *Terentius*, Patres Tragædiarum Comædiarumque; alter *Muretus* sive novus *Demosthenes* & *Cicero*, Reges Oratorum Rhetorumque; alter *Taubmannus* sive novus *Apollo* cum omnibus *Musis*; alter *Lipsius* sive novus *Socrates*, *Plato*, *Thales*, *L. Annæus Senecæ*, *Tacitus*, *Livius*, *Sallustius*, *Polybius*, *Thucidides*, *Plutarchus*, Primicerii Philosophorum Historicorumque; alter *Erasmus*, alter *Grotius*, alter *Julius Scaliger*, alter *Josephus Scaliger*, alter *Barthius*, Quinqueviri litterati mundi, quorum primus sigillatim omnes Patres; secundus Tribonianum cum Papinianis ICtisque cunctis: tertius *Hippocratem*, *Galenum*, *Theophrastum*, *Aristotelem* adjunctis cunctis Poëtis, quartus *Polyglottum Mithridatem*; quintus *Philologos* omnes attigit

vel

vel ſuperavit ; qui ſimul vero ſumti tanquam *Cæſares* & *Monarchæ* Academiarum, ævi ſui millenis Encomiis in Scriptoribus cunctis ſunt evecti.

☞ *Author in Prodromo, Lugduni* 1674 *edito, Cap.* VIII. Cum *Homines clariſſimi amiciſſimique*, ingenii a Deo dati admiratores, *Erafmos, Scaligeros utroſque, Lipſios, Barthios, Grotios, Taubmannos, Muretos, Opitios, Gryphios* alioſque in me vel renatos vel expectandos eſſe, publicis privatiſque Teſtimoniis Epiſtoliſque prædicarent, invidebant, calumniabanturque haud pauci. Fateor *magnum aliquod eſt*, Eruditis moderni judicantibus, imo *divinum*, talium virorum ſingulorum ſive *monſtrorum* ideam vel exprimere, nedum omnium ſimul exprimendo ſuperare. Alt Deum teſtor, quod olim hæc magnifecerim, pudet, nec *laudes has invidiâ, ſed Miſericordiâ dignas* cenſeo. Illi enim ipſi, cum quibus me compoſuere, nulli fere alii (ſi pauca quædam divina excipias) exſtitêre, quam *acutiſſimarum futilitatum deluſionumque Principes, Literariæ Babylonis Colophones, Ethnicæ Stultitiæ Inſtauratores, Chriſtianæ Sapientiæ Deſtructores*, in quorum ſcriptis innumeros errorum Spurios reminiſco, quos *communis error, qui etiam Juriſconſultis hodiernis Jus facit*, legitimavit.

7. Quicquid igitur hi omnes particulatim poſſedêrunt, iſtud in me conjunctim in pleno flore, præprimis, cum Raymundus Lullius & CORPUS JURIS Juſtiniani reſtituendum ſub manibus mihi foret, tantâ copiâ expectatum, imo aſpectatum fuit, non obſtantibus tantis Suppreſſionibus & deficientibus externis mediis, ut Jeſuitarum Goliathus Romæ, *Athanaſius Kircherus*, Centrum hodiernorum Academicorum Litteratorum, cujus nomen fere in omnibus libris hodiernorum Academicorum nomen ſuum (vel pro-

pro vel contra) meritiſſimo ſuo accipit, non fortuitò Adoleſcenti viginti trium annorum, propriâ ſuâ conſternatione, lampada ſpartamque traderet, ad certum præludium ponderoſiſſimarum rerum futurarum, & admirationem Babylonici Lateiniſmi.

8. Poſtquam me Jehovah ex *Academicâ Babylone* ſupra ſpem meam eripuit, Illuminatiſſimi * *Jacobi Bœhmii* ſcriptis mediatè excitatus in *immediatâ cognitione meâ*, & Ego immediatè ad purificationem eruditæ Babylonis vehementer vocatus, coactus, & coarctatus eſſem, tunc quidem non una coronata Infula, nec unus Lateinos 666 me tanquam occæcatum, erroneo Spiritu faſcinatum, & neſcio quibus non titulis dehonorare quæſivit: tamen Optimi de inque Academiis, omnium Facultatum, eò vehementiùs inflammati fuère ad exeundum de Academiis, Veritati teſtimonia dandum, ſummis Encomiis me alliciendum, quæ tamen in Opere divino â me inappropriata relicta ſunt, quoniam Jehova Jheſus Tſebaoth eſt ſolus dignus ad ſumendum gloriam, & ſolus potens ſuis inſtrumentis ad dandum vera Teſtimonia.

* *Prodromi ſuperius-memorati*

CAP. XI.

"In *Muſæo meo ſolus paucis diebus plura didici ab*
"*uno Bœhmio, quam ab omnis ævi cunctis Sapientibus,*
"*omniumque Academiarum Profeſſoribus vivis ſimul*
"*auditis diſcere potuiſſem.* In *Platone*, *Ariſtotele*,
"*Democrito*, *Hippocrate*, *Galeno*, omnibuſque Eth-
"nicorum

" nicorum Poetis, Rhetoribus, Oratoribus, Hiſto-
" ricis, Geometris aliiſque meras abſque Lumine
" opiniones, fabulas, nugas, breviter, Naturæ lapſæ
" Sapientes perceperam. In Chriſtianis-Non-chriſti-
" anis, Platonicis, Ariſtotelicis, Democritæis, Hippo-
" craticis, Galenicis eunctiſque Gentilium Poeta-
" rum, Rhetorum, Oratorum, Hiſtoricorum, Geome-
" trarum aliorumque Amatoribus, Ignorantiam
" Stultam, petulantem, malitioſam, cæcis Ethnicis
" cæciorem: Verbo Naturæ lapſæ Semi-ſapientes
" audiveram. In Juſtiniano, Hoppero, Grotio, Puf-
" fendorphio horumquo Sectatoribus ſpecioſum Jus
" Non-jus; in Paracelſo, Helmontio, ejuſque defen-
" ſoribus apparentem Naturam; in Teleſio, Patri-
" cio, Cardano, Campanellâ, Carteſio hujuſque notæ
" Sectariis fictam pictamque Veritatem: paucis
" Naturæ lapſæ ſimulatos Sapientes perſpexeram.
" In Patribus multa vel incerta, vel abſurda, inque
" ſequioris ævi adhuc ſequiora legeram: in Theolo-
" gicis verò Doctoribus Pontificiorum, Lutherano-
" rum, Calvinianorum aliorumque Reformatorum,
" ſimulque Deformatorum puras putas opiniones, pro
" & contra Diſputationes, Diabolicas Cavillatio-
" nes; ſummatim confuſionem Confuſionum ſive Ba-
" bylonicæ Turris, lapſæque Naturæ Sapientiam re-
" pereram. Sic ubique fere Antichriſtiana Babylo-
" nicaque deprehenderam; & tandem in uno Bæhmio
" deprehendebam Chriſtiana ſimpliciſſimaque, vel
" ut clarius loquar, inter tot mille Sapientes, unum
" Inſipientem, omnibus mundi Sapientibus Sapien-
" tiorem, veræ Sapientiæ æternique Evangelii, divi-
" nitus excitatum Sacerdotem ac Prophetam Ger-
" maniæ.

9. Abſque Exemplo omnium ſeculorum fuere de me in mediatis Scriptis mediata teſtimonia data, nec hæc ſpes, expectatio, celebratio, immediato lumine cecidit, quia hoc principaliter Intellectum purificavit, excitavit, ſummè graduavit, ut nunc potens factus ſim aurum de fecibus ſecernere, margaritas in ipſorum Corporibus Corporum decerpere, infixum Minerale-Metallicum tingere, & putrentis Imaginis ſtirpem, putreſcens filum, inutile fæculentum conflagrare, frangere, abjicere.

10. Os tuum proprium, Academice Goliath, teſtimonia tua propria mediata ſunt Gladius, quem è vaginâ turbæ tuæ propriæ denudo, & eſt hic incomparabiliſſimus reſpectu tuæ Superbiæ, ad tuum forte collum ſatis acutus; ut tuum Caput iſto detruncem. Quamobrem vibro in Te gladium hunc Giganteum, ut cunctis Regibus & Principibus, Magnis & Parvis, lapſus tuus appareat, & tua impudentiſſimè-blaſphemans Lingua cum calumniante gutture, in præſentiâ Orbis terrarum, in iſto ſe tranfodiat.

HALLELUJAH.

Lapis tertius immediatorum Propheticorum Teſtimoniorum.

1. O Dora, Pſeudoprophetice Goliath omnium Tribuum, Populorum, Linguarum, mirifice-pulcrum & incomparabiliter-fortem Lilii-roſæ odorem, qui tuam Infulam abjicit in Valle Joſaphat, Te plenè

plene ſuffocans. Triunus Jehovah-Jehovah-Jehovah, qui in æternâ Abyſſi-voluntate etat-eſt-erit *Pater*, in æternâ Abyſſi-voluntatis Voluptate erat-eſt-erit Filius; in æternâ Abyſſi-Voluntatis-Voluptatis motione proceſſioneque erat-eſt-erit Spiritus, Unus-Unicus-Deus, Unus-Unicus-Jehovah, Ipſe revelavit ſe triuniciſſimè in Unico lapſo mundo, cum ejus extra naturam Creaturamque Filius æternus ſub nomine Jeſu deperditum thronum Jeſuelis in deperditâ cœleſti humanitate Adami reſtauraret, & geſſit præprimis primatum Patris-proprietas in Legis Prophetis, Filii proprietas in Evangelii Prophetis; Spiritus proprietas in hodiernis Frigerationum Prophetis Cantici Moſis & Agni, ad Univerſalem Mundi Meſſem.

2. Legis-Prophetæ prophetant de Evangelii-Prophetis; hi ex iſtis progenerantur; ab ambobus procedunt Frigerationum Prophetæ, amborum Teſtimonia advocantes, & Jehovah in Frigerationis Prophetis tàm multiplicia Particularia Teſtimonia, plerumque ante meam Nativitatem & Vocationem; ſuo indigno Kuhlmanno (latine Frigeratorio) condonavit, ut confuſus Mundus in magnâ ſiti ſuarum animarum, etiam contra ſuam voluntatem, Unionis-Frigerationem-Refrigerationem reciperet, nec ſolum è diviſis Chriſtianis, ſed etiam *Judæis*, *Turcis*, *Gentilibus* cunctiſque reliquis Populis Terrarum veri Chriſtiani JESUELITÆ redderentur, quia incontradicibiliter Prophetæ teſtantur de meâ Vocatione & Operatione, quæ eſt Frigerationum

tionum libros cum Legis & Evangelii libris triunire, ad lapsum Antichristi & verum Restitutionis-gustum omnis deperditi.

3. Insipidum modernum *Babel* audet Propheticam Vocationem denegare, nondum prudens ex intempestivè-imprudentibus Præjudiciis suorum Majorum, propter Antipodes, quos Antiquos jam insipidum *Babel* ipsum irridet cum toto hucusque cognito Terrarum Orbe, & Præfigura est, qualia ipsius posteri cum ipso sint iterum facturi acturique, quia in supernaturalibus tàm nasutulum est, & in naturalibus de quatuor Mundi partibus genuinis adhuc nihil novit. Intendunt Prophetica ænigmata & ancipitem profunditatem inilluminatis oculis secundum externas literas, in Personalibus, locis, temporibus, penitus clarissimè exponere *summâ inscitiâ*, quod propter libertatem humani arbitrii, furentem turbam hujus mundi, Diaboli indesinentes Insidias & venenationes, diviniſſimæ Prophetiæ ante exitum præ ceteris caliginosissimæ sint, sicuti in exitu claritate clarissimâ lucidissimæ ; & scimus nostrâ Experientiâ præcipuum curriculum nostræ vitæ ex jamdudum-impressis publicatisque Scriptis eò clariori *harmoniâ* concordare, quo dubiorum pleniora etiam piis *Geeriis*, *Comæniis* & eorum propriis Instrumentis apparuere.

4. Quæ non quæso *Christophorus Kotterus*, *Christina Poniatovia*, *Nicolaus Drabicius*, *Johannes Kregelius*, *Hermanus ab Huden* tolerarunt ab ipsis Amicis Inimicisque ; qui tamen maximi Prophe-

phetarum in tertiâ Scripturarum parte sunt? Vel quis fuit abjectior ab impiis Richteris Judicibusque, quàm *Jacobus Bahmius*, & ante ipsum Vir Dei, *David Joris*, cujus *Liber mirabilis*, 1551 impressus? Quorum mirabiles-vitæ tamen cum omnibus suis similibus *Librum trium Heroum*, tanquam novum *Librum Judicum*, ad quos etiam *Johannes Engelbrecht*, *Paulus Felgenhauer*, & multi adhuc viventes pertinent, in tertiâ Scripturarum parte constituent; sicuti ipsorum enucleata Scripta ipsa futuros Dogmaticos Ecclesiasticosque *Libros*. Vel deberetne Psalterium nostrarum Quindecim-Cantionum etiam inter *Frigeratorios Libros* numerari, cum illud Imaginem duodecim Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum suis duodecim millibus versibus in prioribus quinquelibris reali-essentiali ductione Vocis ab Oriente & Aquilone exprimit; & in posterioribus, viginti quatuor Seniorum numerum complebit? Imo includit Impletionum primitias, cantans novum Canticum secundùm Esaiam in Insulis, glorificans Deum ab extremis terrarum.

5. Auscultate, Vos Populi ab Oriente & Septentrione, & Judicate Vos Incolæ à Meridie & Occidente! Fuèrene hi Prophetæ, Sophi & Grammatei Dei, qui futura ante longos annos prænunciárunt? Et potuitne ullus alter, quam Jehovah, inexscrutabiles mutationes omnium terrarum prophetandas jubere? Vel habuine causas istos pro Prophetis recipere, in quorum Scriptis jamdudum præimpressi magno numero casus & accidentia, qui mihi omnes, nescio om-

nium horum, occurrèrunt ? Fuine Conſcientiæ causà coactus ſuppreſſos Prophetas magno zelo promovere, ad quod in ipſis ab ipſis jamdudum vocatus? Eſtne Aſtralibus-Spiritibus ſupernaturalis Virtus approprianda? vel debet cæleſte Infernale appellari ? Judicate juſtum Judicium, antequam Vos Prophetarum juſtum Judicium judicat.

6. His præſuppoſitis, invenio in allegatis Prophetis, recluſo ænigmate vel ablato Moſaico-velamine

1. *Primo*, nomen mei Patris, Quirini Kuhlmanni, Johannis & Elizabethæ Filii;

2. *Secundo*, ejus natalitium annum 1628.

3. *Tertio*, ejus natalitium menſem, viginti octo dies habentem, Februarium;

4. *Quarto*, ejus Baptiſmi diem, vigeſimum octavum Februarii;

5. *Quinto*, nomen meæ Matris, Roſinæ LUDOVICÆ, Adami Ludovici & Magdalenæ Hauſlobiæ Filiæ ; apud quem Generis quinarium hic ſubſiſtere placet. Specto

6. Porrò, meum Conceptionis-annum, famoſum Patis annum 1650;

7. *Secundo*, meum natalitium annum 1651, qui in quinariam Kotterianam annalem Septimanam ſuarum 21 Septimanarum incidit;

8. *Tertio*, meum natalitium menſem ſimillimè viginti octo dies habentem Februarium;

9. *Quarto*, meum natalitium-diem, viceſimum quintum Februarii;

10. *Quinto*, meam natalitiam-horam, viceſimam primam horam diei Saturni, ejuſque malam externam Conſtellationem ſimul-Aſtronomicè læſi Saturni cum tot planetis ſub Signo Zodiaci Piſcium;

11. Iterum conſpicor meum Baptiſmi-diem, diem viceſimum

cesimum sextum Februarii, & simul vicesimam octavam horam meæ vitæ ad istum destinatam;

12. Tunc meum Romanum Baptismo-acceptum nomen, *Quirinus*, sub quo simul *Romulus*, *Quinarius*, *Cyrenius*, *Cyrus* sive *Cotes*, *Kyrios* sive *Elias*, externæ Rosæ Liliique *Sire* & *Ser* cum valde-multis aliis consequentiis, concluduntur;

13. Deinde meum Germanicum cognomen, *Kuhlman*, cujus dimidium mox ab Herbâ & Brassicâ, *Kuhl*, Cærulei coloris progerminat tanquam GERMEN, mox ab Kuhlen, Frischen, latinè Frigerare, Refrigerare, Recreare, Sancti Petri Tempus Frigerationum, Refrigerationum, Frigerii, Refrigerii Frigeratorium Refrigeratoriumque frigerat; mox â Vocabulo Kühle, sive Caule Pennæ Pennaque derivatur; dimidium vero ab Mann, latinè Viro, Homine, Manno, Adamo mirabilitèr stirpescit. (Græce, *Pfychander*: Hebraice ab *Isch* vel *Adam*, & *Ruach*;)

14. Amplius meum patrium nomen, *Breslauer*, cujus proprietate, ut ipsius anagramma, nihil *Blauerers*, sive Magis cæruleum; latinè Uratislavienfis, anagrammaticè *Elias* Artis unius (et Jerusalemitanus) & meam patriam Urbem, *Breslaw*, Litteratorum *Budorgin*, quæ centum sexaginta sex milliaribus à Româ distat, cum Jerusalem, Heidelbergâ, Philologorum *Budori*, Lutetiâ, Basileâ, sub Virgine sita, etiam ipsa Virgo; & quod principale, *Kotteri* audientiâ coram Rege *Friderico* in eâ Matrix totius Prophetiæ;

15. Tandem meam generalem Patriam *Bohemicam Aquilonarem Silesiam*; e quibus decem prædictis primus Generis-quinarius prædictus non minimum ponderis accipit. Judicate nunc Vos Populi, de his quindecim-Prophetiis, num unico alteri Individuo possint dari vel ab ullo assumi, quam ab isto, cui Deus dedit.

7. Post meas Stemmatis, Nativitatis & Patriæ Prophetias sequantnr Quindecim-Prophetiæ de Spiritualis Stemmatis, Nativitatis & Patriæ Mysteriis, cujus generis est

16. *Primo*, mea prima Virtutis Receptio in anno decimo tertio 1664;

17. *Secundo*, meus primus Vocationis & Illuminationis-annus, 1669;

18. *Tertio*, Meus Spiritualis Conceptionis-mensis Majus 1669;

19. *Quarto*, Meum par Angelorum, quod me à Majo per quinquennium visibiliter solùm comitatum fuit;

20. *Quinto*, mea mirabilis motio versus *Hollandiam* 1673, & quæ circa istam accidêrunt;

21. *Sexto*, meum receptum novemunum Lilii Rosæque Crucis-Sigillum cum tribus Coronis 1673, Epitome Miraculorummiraculorum-miraculorum;

22. *Septimo*, visibilis exortus interni Paradisiaci-Mundi ejusque Circumplexus;

23. *Octavo*, meæ publicæ Vocationis mensis Januarius anni 1674 Leydæ;

24. *Nono*, meus publicus Commotionis-dies ad publicum Opus d. 28. Januarius 1674;

25. *Decimo*, mea Universalis Scientia & Progerminatio e nucleo & radice totius Arboris septem Artis-specierum & rium Scientiarum-principiorum;

26. *Undecimo*, Examen et Perlarum-decerptio omnium Bibliothecarum per indicata Corpora, et tota Babylonis-exædificatio;

27. *Duodecimo*, subitanea derelictio Academicorum Studiorum cum omnibus Latinismis;

28. *Decimo tertio*, rejectus Doctoratus 1674 Leydæ cum cunctis ipsorum Doctorellisationibus et Fabulationibus;

29. *Decimo-quarto*, Novum Spirituare omnium amborum trucidatorum Testium, juxta tria Principia 1674;

30. *Decimo-quinto*, mirabilissima Conventio rubri Leonis in igneâ Patris-proprietate cum omnibus hujus notz rebus, quibus mihi Via præparata, medium pervolandi. Judicate ex his Quindecim-prophetijs, O Vos Tribus Terrarum, priores, quoniam hæ istis capitale pondus, istæ his addunt, et vestra falsa Judicia cum vestro Judicio judicant.

8. Post istas tam capitaliter-ponderosas adhuc quindecim ponderosiores Prophetiæ se exhibeant, ad eo potentiorem impressionem, et invasionem agendum, ad implendum, quæ adhuc implenda.

31. *Primo*, Principium ducat Examinatio & Restitutio Sacræ Scripturæ in Textu, Interpretatione, Paraphrasi, Expositione

positione, Concordantiis, Masoris, Purificationibus, sicuti in meis Londinensibus scriptis proposita;

32. *Secundo*, Triunio Sacræ Scripturæ juxta *Legem*, *Evangelium*, & *Frigerationes*, juxta ipsius novem partes in *Mose*, *Psalmis*, *Prophetis*, *Evangelistis*, *Epistolis*, Apocalypsi; *Neo-Prophetis*, *Neo-Psalmis*, *Neo-Apocalypsi*; (alias *Prophetis-Refrigerii*, *Psalterio-Refrigerii*, *Apocalypsi-Refrigerii* pro *Judæis*, *Turcis*, *Gentibus*;

33. *Tertio*, Restitutio nominis Christianorum, et tunc novi nominis Jesuelitarum, abjectione omnium Sectariorum partialium modernorum nominum;

34. *Quarto*, Constantinopolitanum Iter ad *Turcarum Imperatorem* cum Prophetis in Anno 16 8 ad realem *Conversionem*;

35. *Quinto*, Maxima Festinatio ab extremâ alâ terrarum celerrimo progressu per tot Regiones;

30. *Sexto*, Compunctio in Spinis et aculeis in tàm ingenti Viâ per multiplices causas, et claudicatio per tempus, è defectu fidelium Amicorum;

37. *Septimo*, Mirabilis conjunctio cum Viduâ, et ista ad Comitem per 42 Menses;

38. *Octavo*, Dies Reditus ad Europam è Pathmicâ Smyrnâ die 15 *Nov.* 1678;

39. *Nono*, Singularis convenientia trium Navium, Septentrionalis 1676 versus Londinum, puta *Grænland cus Mercator* intitulata; Occidentalis, *Delphinus* 1678 versus Orientem Natoliamque; Orientalis *Constantinopolis* versus Amstelodamum;

40. *Decimo*, Duplicatus Quinarius decem Spiritualium Natalitiorum-annorum à Majo 1669 usque 1679, vel 120 Mensium;

41. *Undecimo*, Duplicatus Quinarius suarum decem Spiritualium Capitalium Civitatum sive *L.* puta, Lignitium, Lipsia, Leida, Lübeca, Luneburgum, Londinum, Lutetia, Lugdunum, Lesbus Asiæ et loco spiritualis Langenoviæ, Lesnæ, Lednitzii, figuraliter-periculosæ Lampadusæ Africæ, Lilibæi Siciliæ, Lissabonæ; corporalis Leydæ, Londini, Lutetiæ, divinitùs-provisa Losanna ejusque Hosanna; additò A B Cedario, Alphabeto, Alephbeto Amstelodami, Basileæ intra Bernam et Brisaccum; Constantinopolis, Gorlitii, Groningæ,

ningæ, Galatæ in Perà Constantinopolis, Gadis, sive ipsius loco *Genevæ*, tanquam suarum septendecim Urbium, quæ in ULMA realitatem adipiscentur;

42. *Duodecimo*, Ætas vigintiocto annorum, ejusque mirabilissimus natalitius Mensis OCTOBER;

43. *Decimo-tertio*, Ejus nigra lugubris vestis summæ Probationis per totum vicesimum nonum annum;

44. *Decimo-quarto*, Ejus Iter ab Occidente versus Orientem, ab Oriente versus Occidentem et Septentrionem;

45. *Tandem* duplicatus Quinarius decem Mensium à Majo 1679 usque Februarium 1680, quo opus Dei virtuosius incipit, sicuti etiam hoc præsens Scriptum eodem instanti reale principium (Deo laus) est.

9. Quid dicitis nunc ad hæc, O Populi ab Oriente et Aquilone? Quid expalletis tam violenter, O Vos deperditi versus Meridiem et Occidentem? Putatis fortasse me horum testimoniorum plura non invenisse? Ah minimè, haberemus plura, tamen contenti uno saltim Quinario hunc Quinquagenarium perficiemus, omniaque futura Tempori, et vestræ propriæ perscrutationi recommendamus. Accipimus quotidie, sicuti prophetatum,

46. *Primo*, Manifestationes omnium Propheticorum annorum, mensium, septimanarum, dierum, horarum, quatenùs nostro tempori necessarium est;

47. *Secundo*, Agnitionem Propheticarum Regionum, Locorum, Urbium Civitatumque;

48. *Tertio*, Regum, Principum, Magnatum, Magnorum et Parvorum, qui ad Instrumenta electi selectique;

49. *Quarto*, Rectum modum et methodum Universalis Concilii, quod in Urbe ULMA haberi mandatum;

50. *Quinto*, Totam Radicem totius Arboris septuaginta Populorum, et septuaginta nominum, ut Odor usque in Paradisum Dei, cum frigeratione refrigerationeque omnium talefactorum per discordem Religionum-ignem, maximè venturus sit.

10. Quocirca factum fuit in vicesimo octavo die meæ vitæ primum mandatum Dei ad Prophetam *Drabicium*, ut omnis mundus multenis cen:

centenis Exemplariis divinarum Revelationum nunc esset adimplendus, quia meus vicesimus octavus annus primùm verâ Intelligentiâ horum Scriptorum adimpleturus foret Terrarum Orbem, & accepit triennio post promissionem cum Simeone, sicuti etiam verissimè non prius ex Mundo fuit vocatus, quam fuerim vocatus, quoniam ipse Majus 1667 præparavit dimissionem ad Mundi Capita, Annus 1668 clausit plenè Opus; Majus 1669 fuit jam mea Vocatio; ut Deus *Drabicio* ante quinquennium in *Majo* 1664 è *Breslaviâ* suam benedictionem promiserat. Nam Jehovah juxta suum sapiens Consilium tàm inexscrutabiliter meam Vocationem Prophetis retexit, propter Vos, O Vos quadripartiti Mundi Populi, ut credatis eò confidentiores Verbis Dei, & tandem agnoscere discatis, quomodo viæ Omnipotentis simplicibus Infantibus totùm apertæ, Superbis verò saltim abyssi non-profundendæ sint. Quamobrem treme, Pseudoprophetice *Goliath*, quia Jehovah Tibi per tuum nasum talem annulum tam subitò trahit, quem tu nunquam timuisti, & oportet Te nunc odorem odorare, quì Te disrupit, cum *Catholicâ fugâ* tuorum Philistæorum & falsorum Sacerdotum, *Serpentinâ-Progeneratione* in Mortis regiſtratione. *Hallelujah.*

Lapis quartus extraordinariarum Probationum Purificationumque.

1. GUsta, Insalse *Goliath* omnium Tribuum, Populorum, Linguarum, divinum Sal ineffabilium Præparationum, quo Dei Filii pro *putredine* custodiantur, quibus loco Servi in adjutorium datus es, ut tuum Opus gustes! Jehovah, qui me ad Purificationem *Babylonis* vocavit, purificavit me antea ipsum acerrimis modis, & purificat me quotidiè ut argentum, usque septem ignes, Tentatio nempe, Persecutio, Crux, Passio, Anxietas, Angustia, Periculum plenè absoluti, ad me plene expurificandum.

2. Hinc tàm extraordinariæ Probationes mihi accidèrunt, quo celerior meus cursus, ut hactenus speciatim mecum impletum fuerit, quod generatim de Electorum præparationibus Illuminatissimus Taulerus cum cunctis Adeptis Lucis-Principii & internæ *Paradisi-tinctura*, in Veritate confessus sit, nempe, quod Deus citiùs centum millia hominum damnum incurrere permitteret, citius mille bonis hominibus occluderet interim oculos, citiùs suos Angelos è cœlo ad Probationem transmitteret; citiùs maxime-insolentes & inauditos Casûs supra omnes sensûs, cogitationes, suspiciones improvisè destinaret; citiùs per extrema media extremè millecuplâ infamiâ ignominiâque ab omni parte duceret, priusquam istos Ignis afflictionum non totos expurgare deberet per omnes probas omnium statuum, ad omnem Ipseitatem

ſeitatem & Egoitatem radicitùs conflagrandum & ſaltìm fortiſſimâ fide perfrangendum per Jehovam in Jeſu.

2. Cum Jeſus Chriſtus in ſuo viginti trium annorum Adoleſcente, primum radium immediatæ Sapientiæ 1674 emitteret, ad Reges, Electorem, Duces, Principes & Dominos totius *Lutheraniſmi*, è quo germinaſſem, oportebat ejus Spiritus in me eò violentius *judicari*, *condemnari*, *maledictumiri*, *blaſphemari*, *hæreſios infamari*, *Atheiſmi accuſari*: quo fortius ſine exemplo omnium temporum ſplenduit.

4. Tunc fui *Spectaculum* coram totâ Inferiori Superiorique *Germaniâ*, *Daniâ*, *Sueciâ*; *Purgationis Sacrificium* in ipſorum Cathedris & Suggeſtibus; *Enthuſiaſta*, *Phantaſta*, *Fanaticus*, *Melancholicus*, *Stultus*, *Fatuus*, *Quakerus*, & habui rectè cum Viro Dei, *Jacobo Bahmio*, cujus Spiritus per me novo Spiritu revixit, etiam dicere: *Ignominiantur animam meam, & contemnunt eam, tanquam Malefactoris, qui ipſis fidei expers factus eſt. Contemnunt meam viam ad Te, æſtimant ipſam pro fatuâ. Putant me eſſe inſanum, ut in hâc ſpineâ viâ ambulem, & non ipſorum hypocriticas plateas cum ipſis frequentem. Neſciunt viam tuam, & faciunt ex cæcitate Diaboli fallaciâ. Miſerere quæſo Te ſuper eos, & duc eos ex cæcitate ad lucem, ut ſe diſcant agnoſcere, quomodo in palude & luto Diaboli in tenebricosâ Valle captivi jaceant, tribus catenis dure vincti. O magne Deus, miſerere Te quæſo ſupra Adamum ejuſque Filios; redime hos quæſo in Chriſto, Adamo novo. Supplico ad Te, O*

Chriſte,

Christe, Deus & Homo, in hâc Peregrinantium Viâ, quam in tenebricosâ Valle perambulare cogor, ac ubique illudor, anxior, & pro falso homine habeor, & sicuti hujus generis multa Spiritus Dei loquitur.

5. Habeo cum *Nehemiâ* simili casu clamare: Recordare, Deus mi, Prophetarum, qui me summè promtum deterrere voluère; & sunt valde horribiles *Visiones*, *Somniationes*, *Revelationes*, à diversis mox pro me, mox contra me visæ, millium dispersione: imò nuncnunc excitat Satanas principaliter millecuplas *fallacias*, *blasphemias*, *despectiones*, ad plene bonum cum malo, verum cum falso, semen cum zizaniâ confundendum & effundendum.

6. Si deberem per omnes septem Ignis probas meas probas enarrare, sicuti enarrare proposuerã, etiam inceperam, citiùs librum quendam scribere, quam aliquot lineas, & melius est delere narrata de tàm inauditis Accidentibus, quam tenellos lactis Infantes cum *chalybe lapidibusque* durioribus cibis onerare, ad quos cibos veri Hiobi & Tobiæ pertinent; quibus *juxta Angelicam apud Kotterum doctrinam*, *proprium*, ut Christi *paupertas* sit eorum *opulentia*, Christi *patientia* eorum *Speculum*, Christi *doctrina* eorum *via*, Christi *Ignominia* eorum honor, Christi *lugubris gressus* eorum *gaudium*, Christi *Passio* eorum *Redemptio*, Christi *Dolor* eorum *Mitigatio*, Christi *Clamor* eorum *Silentium*, Christi *Silentium*, eorum *Clamor*, Christi *Crucis-mors* eorum *Vita*, Christi *Sepulcrum* eorum *Requies*, Christi *Resurrectio* eorum *Spes*, Christi *Ascensio* eorum *Victoria*.

7. Quo

7. Quò latiùs mecum Opus Dei ab *Occidente*, *Aquilone*, *Oriente*, *Meridie*, se extenderit, eò violentiora flumina infernalis Draco erga me effudit & ejecit, ut verissimè fuerim exspicatus & extrituratus, confusus & contusus, extritus & contritus, expurificatus & pessundatus, divisus & excisus, sæpenumeroque nescirem, quomodo cum meo Jesu Christo in Cruce supra meam derelictionem satis clamare deberem.

8. Multi inauditi Casûs super omnes Cogitationes me subito obruèrunt, ut in altissimâ profunditate divinæ Sapientiæ, quâ steti supernaturali Vocatione, istos ipsos in fundo suo attingere nescirem, nedum ut aliis Hominibus istos revelarem, & hactenus cor meum tales compunctiones, tales invasiones, tales perfossiones acervatim recepit, ut certe nullum miraculum foret, si ex cordolio interiisset; verùm Dei Virtus mihi adstitit, superavit, extricationem præbuit, cui pro omnibus Gloriarum-gloriarum-gloria.

9. Quemadmodum Jesus Christus in Cruce pendens coram omnibus miserrimus apparuit, cum tamen suo Deo & Patri plus quam unquam dilectissimus tunc esset, longeque gratior quàm unquam in omnibus suis prioribus Miraculis, quoniam propinquissimus plenæ Superationi tunc esset: Ita etiam nunquam in altiori Intelligentiâ & Scientiâ fui, quàm in ultimis extremis, & nunquam divinæ Præsentiæ Dei plus certior, quam in omnium hominum totali condemnatione & judicatione, quia verissimè juxta *Davidis Joris* verba, *damnatum & judicatum esse hic in terris, sit justificari & benedictione-affici in Cælis.*

10.

10. Summa: nemo amplius, quali-quali etiam modo, poteſt impoſterum alias judicationes, condemnationes, calumnias, ignominias, mendaciorũ exſparſiones, illuſiones, irriſiones, hæreſium notas, mihi aſſignare, quam factum eſt ordinario & extraordinario, ut tandem ſupra omnes tales Satanæ ſagittas ad ſereniſſimum nubium cœlum ſublatus ſim, & exclarificato animo, ſine unicâ motione iſtarum, in meo Deo jubilans, exultans, triumphans omnia ſub pedibus conculcata aſpectem. Quamobrem guſtate, O Vos chariſſimi Chriſtiani Iſraelitæ, in noſtris ſtigmatibus vulnerationibuſque, divinum Sal ſelectorum Inſtrumentorum, & perſequimini fugidos Philiſtæos, quoniam ipſorũ Sal fatueſcit eorumque *Goliath* eſt occiſus.

HALLELUIAH.

Lapis quintus, Immediate-mediatæ divinæ Virtutis.

1. SEnti tandem, Inſenſibilis *Goliath* omnium Tribuum, Populorũ, Linguarum quam totus Terrarum Orbis, volens-nolens, quotidie ſenſit, adhuc ſentit & ſentiet, immediate-mediatam divinam virtutem, quæ Te expellit. Jehouah non ſolum vocavit, ſed etiam expolitè armavit cum Jehovah ex Jehovah, ne unica litera vel punctulum in omnibus ſuis promiſſionibus inimpleta maneat, de omni bono, quod unquam Propheta, Sophus, Grammateus Dei indicavit, in Dei Spiritu pulſus.

2. Noſter Coronæ numerus in omnibus Septem

tem Artis-Spiritibus, & tribus Sapientiæ-Prudentiæ-Scientiæ-Principiis eſt millia-millia-millium, Finis Naturæ, quoniam Naturæ infinitus Finis per extraordinariam Voluntatem eſt confractus, & deſcribimus in noſtris Libris, Dei Spiritu accenſi, quæ omnes Libri ab initio Mundi deſcripſerunt, ſint deperditi vel præſentes.

3. Quæ hactenùs deſcripſimus, non eſt millies-millies-milleſima, ducenties-trigeſies-quatuor millies-milleſima, ſexcenties-ſeptuageſies-octies milleſima octingenteſima nonogeſima (12345678 90) particula iſtorum, quæ in decem ſpeciebus recondita jacent juxta nobis datum intellectum, exq; iſtis tandem manifeſtabitur tota Creatio juxta ſinguli modum & proprietatem in ſuo numero, menſurá & pondere, hoc eſt, quomodo unum poſt alterum in ſuo naturali ordine creatum, productum & factum eſt.

4. Ne iſta admiramini, Dilectiſſimi Fratres Naturæque Adepti! Vera Centralis Sapientia conſociat naturaliſſime ſe numeris, quia tota Natura nihil eſt quam corporalis eſſentialis numerus, & eſt tàm facilis, tàm ſimplex, tam comprehenſibilis, tàm incomprehenſibilis, tàm infinite-aſcendens, excreſcens, ſe propagans, diffundens & corporificans, quàm Numerus, qui æternatìm-indeſinentèr eſt Denarius, qui erat, & æternatìm-indeſinentèr non eſt Denarius, qui erat, & æternatìm-indeſinentèr nunquàm erit, qui eſt.

5. Superius eſt ſicuti inferius, inferius ſicuti ſuperius, & erit tamen nunquam inferius ſuperius, nec ſuperius inferius, quod tamen æterne erat ſu-

perius

periusinferioris,inferius ſuperioris.Omnia erant-ſunt-erunt,quæ erant-ſunt-erunt,quomodo erant-ſunt-erunt, & erant-ſunt-erunt nulla in tempore, quæ non erant-ſunt-erunt in Æternitate,& erant-ſunt-erunt tamen omnia noviſſimè in antiquiſſimis, antiquiſſimè in noviſſimis. Quæ præterita, præſentia & futura erant, ſunt, erunt, iſta erant-ſunt-erunt adhuc omnibus Minutis,ut erant-ſunt-erunt ante cuncta minuta, & tamen nunquam, ut erant-ſunt-erunt, et tamen in omni unquam, ut erant-ſunt-erunt.

6. *Salomon* exclamavit ſonorâ voce: *O Vanitas, Vanitatum,omnia ſunt vana*: Nos autē reclamavimus ipſi,*O Æternitas Æternitatum,omnia ſunt æterna*:Et reclamavimus,adhuc reclamando ipſi,et reclamamus ipſi nunquam.Hic jacent ClavesSapientiæ prudentiæ-ſcientiæ, quæ omnia recludunt, ſicut omnia reclusèrunt,et nunquam omnia reclusêrunt, et in omni unquam omnia reclusêrunt! Hic eſt ſcaturiginis Matrix ſeptemunius Kunſtewigæ (Artis æternæ) cum ſuis omni unquam infinitis, et tamen nunquam-infinitis Filiabus, uno Septenario et ſepteno Uno ab Uno Ternario et ternario Uno uniciſſimi Unius!

7. AuditeSapientiam, Vos Septuaginta Populi Terrarum, et percipite Prudentiam, Vos Septuaginta-ſeptem, et qui tamen ſaltim ſeptem Populi, Tres Populi, et Unus Populus eſtis! Quid rixamini invicem propter Triunum Deum, cum maximè Vos omnes Ipſius triuna Imago eſtis, et quid contenditis propter Unum Deum, cum maximè Vos omnes Ipſius una Imago eſtis? Regredimi

gredimini in Vosmetipsos, et interrogate á Vobismetipsis, an Anima aliud sit quam Spiritus, et Spiritus, quam Corpus? Et annon Anima aliud sit quam Spiritus, et Spiritus quam Corpus? Et an Vos non Anima, Spiritus, Corpus ad Triunum, Trinum et Unum Hominem simul faciat? Annon Bonum et Malum in Vobis invicem jaceant, et Vos tamen non mali sitis, si bonum; nec boni, si malum excitetis? An in Vobis æterna Anima æternum Spiritum generet, tanquam Pater quidam suum Filium, et æternus Animus ab ambabus, Anima Menteque, tanquam Spiritus prodeant? Estote quæso Vobis, quod estis, ut sitis, quod non estis, nec sitis quod nunc estis.

8. Accurrite, Vos Septuaginta-Septemuni, Septemuni, Triuni Populi, et tamen Unus Populus, quoniam cum Septuaginta-Septemunâ, Septemunâ, Triunâ, Unâ Voce Vos advocamus, et emite Scientiam gratis, quoniam istam Vobis gratis vendimus! Exite saltim a fatuo Antichristo omnium literalium rixationum, quia omnes literæ ipsæ in suâ septuagintaseptemunâ, Septemunâ, Triunâ, Unâ Radice Unius Spiritûs Dei sunt, et agnoscite Vos iterum invicem, tanquam Filii Christi in Adamo, quia non Regnum in nostro scire, vel opinari, sed in Virtute situm est.

9. Jehovah, qui erat æternus Pater, et progenerabat ex se ab Æternitate, ut progenerat in Æternitate, et progenerabit ex Æternitate Unigenitum Filium Jehovah, ut ab ipsis ambobus procederet, procedat, processurus sit æternus Spiritus Jehovah, Iste Ipse deperditum Regnum Adami in

suo